

261,
37—262, 2

fol. 190v

Tempore Rûdolphî regis moritur rex Arelatensis^{r)} ¹⁹⁵⁾ sine heredibus et hereditas proprie ad regnum devolvitur Romanorum. Tunc temporis autem jam nominatus rex Rûdolphus propter nimias occupaciones, quas habuit in Theutonia, ad regnum Arelatense non potuit pervenire, ut illud in propriam potestatem traheret. Intelligens hec rex Francie mandavit baronibus, quibus rex Arelatense commiserat custodiendum, ut sibi in potestatem suam darent, alioquin totum regnum cum armatis hominibus devastaret. Custodes Arelatensis regni regem Francie suppliciter rogaverunt, quatenus regnum non suum non deleret, vellent enim voluntatem suam regi Romanorum demandare et quod ipsi regnum contra voluntatem regis Francie non possent per tempus aliquod retinere, quia posset hoc regnum sibi commissis cum armatis hominibus faciliter devastare. Cum hec et his similia regi Romanorum custodes Arelatensis regni demandassent, scripsit eis, quod se defenderent vel componerent sicut possent, quia secundum temporis statum non posset eis in aliquo subvenire. Hec audientes Arelatensis regni custodes regnum regi Francie tradiderunt tali condicione seu pacto, ut regi Romanorum regnum redderet vel cum eo pacifice componeret temporibus | oportunis. Rex autem Francie accepto regno filiam suam cum eo matrimonio copulavit.

(254, 6—11)

Ante electionem comitis Rûdolphî de Habspurg in regem Romanorum quidam nomine Waltherus Rosselman¹⁹⁶⁾ morabatur in villa Turckhaim^{s)} ¹⁹⁷⁾ cerdo sui artificii, filium habebat nomine Johannes¹⁹⁸⁾. Et hic de artificio paterno verecundabatur et ideo ad scultetum Columbariensem se transferebat et illi fideliter serviebat. Eo amoto secundo et tercio serviebat et interdum in absentia sculteti tamquam locum tenens iudicio presidebat. Tandem officium sculteti habere desiderans et sicut potuit obtinebat. Existens sic in officio suos exaltabat et alios

r) *Hs.* Arilatensis

s) *Oder auch Türckheim. Da der Schreiber jedes u überstrichelt, fehlt hier die Entscheidungsmöglichkeit.*

¹⁹⁵⁾ *Der ganze folgende, das Arelat betreffende Bericht ist in seinen historischen Fakten unzutreffend und läßt sich deshalb weder zeitlich noch personal genau identifizieren. Für eine zeitliche Fixierung, die auch der Chronist zugrunde gelegt haben dürfte, vgl. die Notiz Ann. Colm. maiores zu 1279, MGH SS 17, 206, 1: Regnum Arlacense vacabat. Zu dem tatsächlichen historischen Hintergrund vgl. RI, Nr. 141, 1154, 1156 a und 1177.*

¹⁹⁶⁾ *Walther Rösselmann d. Ä.; sein Enkel ist der Colmarer Schutheiß gleichen Namens. Vgl. u. S. 480.*

¹⁹⁷⁾ *Türkheim, Stadt bei Colmar, urkundlich Turinchein 1246.*

¹⁹⁸⁾ *Johannes Rösselmann, Schultheiß von Colmar, gest. 1262.*